recognouit. Quia Generosus Andreas Korzenski et Thomas
Grochowski eorumque legitimis successoribus summam Quadringen-
torum florenorum pecuniae communis monetae Polonicalis certi veri mutui et
liquidi debiti tenetur et est debitus Iure pro die et festo
Sanctae Praeseae Virginis proxime et immediate venturo
soluere realiterque circa acta praesentia Castrensi Praemislien. in
Castro Praemislien. reponere et relinquere nec sterum ab of-
ficio effidere sub vadio similis summae Quadringento-
rum florenorum pecuniae monetae Polonicalis in defectu solutionis
summae praefatae essentialis pro die et tempore supra
solutionem assignatis ad soluendum irremissibiliter et de facto
succumbentes. Quod vadium in summam capitalem et essen-
tialem conuersum cum summa principali debet se exten-
dere in et super omnibus hereditatibus et obligationibus mobilibus
et immobilibus bonis ipsius Auctoris Grochowski et eius suc-
cessorum per ipsum ubicunque et quocunque in regno Polo-
niae nunc habitis et habendis, tum et summis pecuniariis
quibusuis in bonis quibuscunque inscriptis. Nihilominus
praefatus Auctor Grochowski se et successores suos super
omnibus bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis
ad acta terrestria Praemislien. ante decursum unius anni
transferre transportare similemque vel meliorem reco-
gnitionem facere sub simili vadio Quadringentorum
florenorum pecuniae communis. Pro qua quidem summa essen-
tiali et vadio coniunctim vocatur pro summa octingento-
rum florenorum pecuniae, tum et vadius se solum ipse Au-
ctor Grochowski cum suis successoribus citare permiserit
extra a iurisdictione sua quauis competenti recedendo coram
Castrensi Capitaneali Praemislien. officio cui se Castrensi
praesentis respectu cum successoribus bonisque suis omnibus
subiicit in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare parere rendere, ac pro praefata summa octingento-
rum florenorum pecuniae communis ab officio praefato non recedendo sub
alia simili summa satisfacere decretumque et adiudica-
tum pati tenebitur et successores tenebuntur. Terminum
ipsum primum tanquam peremptorium et alios subsequentes
terminos nulla re exquisita nec colore excogitato neque
indulto neque extraordinaria vera vel simplici infirmitatibus, A-
ctione pro maiori, Quibus regalibus, bello, coloquio, conuen-
tione generalibus vel particularibus, expeditione bellica
incursu hostium, aura pestifera euocatione de terra
et districtu, seruitio reipublicae et sacrae Regiae
Maiestatis, absentia a regno omnibusque legalibus impedimentis

non defferendo nec prolongando, ac interregno minorennitateque successorum
se non deffendendo, nec sibi dilationem ad annos discretionis recipi-
endo, poena trium Marcarum et triplici poena vadium seu va-
dia praenominata non euadendo, allegationibus quod non fieri eua-
dendo vadium faciam et facere me offero, Nec clausula Nemini
ad impossibilia tenere et obligare se non deffendendo, ad quie-
tationem mortificationemque inscriptionis praesentis et ad euictionem
ac ad munimenta quaeuis lectoria et verbalia dilationem seu dil-
lationes sibi non recipiendo, A decretis quibusuis tam in acces-
sorio quam principali negotiis latis et factis nullas motiones cum
appellationibus earumque prosequentes interponendo, Non statui-
tione minimis, Mala citatione et intempestiua eiusdem positione
ignorantia citationis ante terminum, Mala in luce condemnatione
malo processu iuris, ac eandem condemnationem luci proces-
sumque iudiciarium ignorantia et corporali iuramento non euadendo.
Abrenuntiando se cum successoribus suis omnibus gentis dilationibus
quotquot solum sint et de iure consuetudinem obseruentur
Et nihil sibi penitus in auxilium contra inscriptionem praesentem assu-
mendo suae suorumque successorum sub amissione totius causae vocatur
solutione praefati vadii et vadiorum. Quo vel quibus solu-
tis utique inscriptionem praesentem et omnibus in ea contentis totius quoniam
opus fuerit satisfacere cum suis successoribus tenebitur.
Nulla praesentis terrestri in praemissis obstante

Drohoiowski arendat Ostrowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentis Ca-
strensi Praemislien. Generosus Stanislaus Drohoiowski de
Drohoiow mente et corpore sanus exnus a terris dictibus iure
bus suis quibusuis proprius foroque competenti recedendo seque
cum bonis et successoribus suis omnibus iurisdictioni praesenti
Castrensi Praemislien. quoad actum effectumque inscriptionis prae-
sentis incorporando et inuisceranda publice per expressumque re-
cognouit. Quia bona tenutae suae vocatur totam et integram
sortem villae Ostrow cum omni iure dominio proprietate et
cum omnibus gentis utilitatibus ex eisdem bonis modo quocunque
prouenientibus, nihil excipiendo Nobili Alberto Ostrowski et eius
successoribus iam exnunc ab actu praesenti ad decursum trium
annorum se se continue et immediate sequentes vocatur ad festum
Conuersionis Sancti Pauli apostoli in anno domini millesimo
quingentesimo septuagesimo septimo venturum pro summa
trecentorum florenorum pecuniae communis monetae Polonicalis arendauit et modo
arendae inscripsit. De qua quidem arenda eidem Albertus
Ostrowski personaliter coram officio et actis praesentis stante rece-